

rum, tum quia prudens et liberalis, siveque frumentalis et temperanter utitur ad justam sui sumptus sustentationem; tum quia suo labore victum, quo se saturat, sibi parat; tum denique, quia ex Dei benedictione fit ut justus alimenta ad satiaturam necessaria sibi conqueratur, utque haec summa sufficienter alant, saturant, roborent, exhibent ad melius sua munia obendum, Deoque servientium. «Impiorum» autem «venter insatiables est», quia eorum famae et gula non satiat, sive que nova semper plaurat et magis delicata appetit, ideoque est inexplicabilis; sive ob penuriam et egestatem, in quam vel ob societatem, vel ob Dei maledictionem incurrit. Unde hebreica est *desicit vel egebit*. Hinc et *insatiables sumi posset pro insatiables*, q. d. Venter impiorum non saturatur, sed egestate et fame confeatur. Sic *incredibilis sumit pro incredulo*, ad Titum 1, 16; Baruch 1, 19; Eccl. 1, 36, et alibi. Sic et Jeremias, cap. xv, 18, ait: «Plaga mea desperabilis (id est desperata) renuit curari.»

Tres ergo causa sunt cur iustus saturetur: *prima*, quod labore sibi pareat victum quo satisfatur; *secunda*, quod moderetur sua gula per temperamentum; *tertia*, quod Deus ejus laboribus et frugibus benedicat, eisque virtutem satiandi et nutriendi tribuat. Toidem causa sunt cur impiorum non saturetur: *prima* est desidia qua torpet, nec vult labore, ut alimenta compareat; *secunda*, quod gula sua indulget: gula autem est insatiables. «Initium vite hominis aqua et panis», ait Ecclesiasticus xxix, 28; gulosis autem non sufficiunt tot genera fructuum, leguminosum, herbarum: queruntur novi in mari pices, nowi in terra ferre, nowe volucres in aere, saginantur aliis, atque his nova miscentur aromata, nova condimenta, et gula irritantia infarcentur. *Tertia*, quod Deus frugibus et alimentis impiorum maledicat, vimque nutriendi et satiandi adimit, et quasiescessu filii, juxta id quod minatur, Osae cap. iv, 10: «Et comedunt, et non saturantur»; et Aggaios cap. 1, vers. 6: «Seminas multum, et inobligis paruru; comedistis, et non estis satiati; bibistis, et non estis inebriati; operuistis vos, et non estis calidati; et qui incedes congregavit, misit eas in saccum pertusum.» Vide ibi dicta.

Sic iuncta satiabit justos, imo dabat eis omnem sapientiam, Sapient. XVI, 20; impiorum vero movebat nauseam, Num. XI, 4.

Hec sententia saepe vera est in bonis corporibus, sed semper in spiritualibus.

Unde allegorice S. Hieronymus hanc accipit de cibis verbi Iesu quo pascitur Ecclesia. *Amen* in Amos cap. viii, sub finem: «Ex quo intelligimus, si, quando doctrina non fuerit in Ecclesiis, periculum pavidum, ex timore mori, omnes aliae virtutes, quia non comedetur verbum tuum, quod qui comedelerit, saginus ejus cibis audiet persalomonem: Justus comedens saturat animam suam; anima autem impiorum esurient. Et David cantabat: Juvenis fui, et sonui; et non vidi justum derelictum, nec semen ejus querens patrem. Quanti Martyres in persecutionem perierunt fame, et indiguerunt frumento alimentisque istis corporum. Ergo ex eo dicit pane, qui de celo descendit; quem qui comedelerit, nec esurire poterit, nec sisire.»

Topologicus Dionysius: *Justus*, inquit, spiritibus se reficit alimento, et animam suam replet prius affectibus. *Venter* autem impiorum insatiables, id est cor eorum terrenis non satiatur, immo instar hydroponicum quo plura acquirunt, et plura desiderant, ac siut hydroponis crescit ex potu siti, sic ipsi ex adeptione crescit affectio. Unde Seneca: «Ilopi, sit; panca desunt; avaro omnia». *Restringendus* est igitur *venter*, id est cordis desiderium et aviditas. Et Hugo Cardinalis: *Justus* comedit, inquit, ubique, et relplet animam suam, *venter* autem impiorum insatiables. Et mox: *Venter* impiorum est cupiditas, que insatiables est, sicut indicat Eccl. cap. v: «Avarus non implebit pecunia. Et multis de causis est insatiables: *Prima* est, quia non habet fundum: est enim quasi sacco per tenuis. *Seconda*, quia semper crescit, etiam ex solo aspectu cibis, id est divinarum. *Tertia*, quia nihil eorum que cupit, mititur in hunc ventrem. Cupiditas enim in corde est, ubi pecunia intrare non potest: quomodo ergo exsinguere potest famem cordis pecunia in arcum missa? *Quarta* est, quia hujusmodi cupita non sunt impletiva cordis humani, ubi est fames cupiditatis. Sicut enim deliraret, qui conaretur aream implere sapientiam, que illius omnino capax non est, sic certe multi delirant, qui cor humanum conantur implere pecuniam. *Quinta* est, quia omnia hujusmodi conceputa vana sunt, et postea faciunt vacuitatem quam repletionem, juxta illud Genes. 1: «Terra autem erat inanis et vacua» Hugo.

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Ecclesiastes de variis sapientia et stultitia proprietatibus: prudentiam quolibet status rite ordinare; eandem commovere ad misericordiam, et affectiones moderari; imprudentiam autem et vitia perdere filios Adam.*

1. Sapiens mulier aedificat domum suam: insipientes exstructam quoque manibus destruit. 2. Ambulans recto itinere, et timens Deum, despiciens ab eo qui infami graditur via. 3. In ore stulti virga superbie: labia autem sapientium custodiunt eos. 4. Ubi non sunt boves, praeseppe vacuum est: ubi autem plurimae segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis. 5. Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. 6. Quarit derisor sapientiam, et non inventi: doctrina prudentium facilis. 7. Vade contra virum stultum, et nescit tabia prudentie. 8. Sapientia callidi est intelligere viam suam, et imprudentia stultorum errans. 9. Stultus illudet peccatum, et inter justos morabitur gratia. 10. Cor quod novit amaritudinem animae sue, in gaudio ejus non miscebitur extraneus. 11. Domus impiorum delebitur, tabernacula vero justorum germinabunt. 12. Est via, qua videtur homini justa: novissima autem ejus deducunt ab mortem. 13. Risus dolore miscebatur, et extrema gaudii luctus occupat. 14. Via suis replebitur stultus, et super eum erit vir bonus. 15. Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni: servo autem sapienti prosperi erunt actus, et dirigetur via ejus. 16. Sapiens timet, et declinat a malo: stultus transilit, et confudit. 17. Impatiens operabitur stoliditatem, et vir versus odiosus est. 18. Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astutiam scientiam. 19. Jacobunt mali ante bonos, et impii ante portas justorum. 20. Eliam proxime suo pauper odiosus erit: amici vero divitum multi. 21. Qui despicit proximum suum, peccat; qui autem miseretur pauperis, beatus erit. Qui credit in Dorsum misericordiam diligit. 22. Errant qui operantur malum: misericordia vestra preparant bona. 23. In omni opere erit abundantia: ubi sapientia, ibi frequenter egestas. 24. Corona sapientium, divina eorum: fatuitas stultorum, imprudentia. 25. Liberat animas testis fidelis; et profert mendacia versipellis. 26. In timore Domini fiducia fortitudinis, et filius ejus erit spes. 27. Timor Domini fons vita, ut declinet a ruine mortis. 28. In multitudine populi dignitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis. 29. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. 30. Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, invidia. 31. Qui calumniatur egente, expoliat factori ejus: honorat autem eum qui miseretur pauperis. 32. In malitia sua expellitur impius: sperat autem justus in morte sua. 33. In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudit. 34. Justitia elevat gentem: miseros autem facit populus peccatum. 35. Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam ejus inutilis sustinebit.

1. SAPIENS MULIER AEDIFICAT DOMUM SUAM: INSPIENTES EXSTRUCTAM QUOQUE DESTRUCTU. — *Hoc* — *multis* (id est unaquaque sapientia) mulier, ait Vatablus) aedificat domum suam: et stultitia (id est stulta, per stultitiam suam) exstructam. Unde Chaldeus, *qua sapientis est inter mulieres*, etc. Septuaginta, *sepietes mulieres aedificarent domos*; *imprudentia autem demolita est suis manibus*. Per domum accipe familiam et rem familiarum,

puta filios, filias, ancillas, servos, eorumque pacem, concordiam, virtutem ac strenuitatem, qua fit ut annona, vestitus caeterisque rebus abundant, ac opes et preda adaugeant. Hoc enim prestat sapientis familiis, ut patebit cap. XXXI: *hujus enim est dominum regere, sicut viri est curare res externas et forenses*. Unde Apostolus jubet Titum, cap. II, 5, erudire «adolescentibus, ut viros suos ament, filios suos diligant,

prudentes, sobrias, castas, domus curam habentes. Hinc et Glossa interlinearis, *Genes.* II, ad illa: Et edificavit Dominus costam quam tulerat in mulierem: « Costa, ait, edificata in mulierem, ut minier ipsa domus gubernandarum exemplar esset. » *Aristoteles in Econom.* libro II, cap. I: « Profama mulierem, ait, omnibus quae sunt intus dominari eportet, curamque habere omnium secundum scriptas leges. » Et inferioris: « Matris familiis vita totum domus est regula. » Sic Ruth edificavit dominum Booz, et Rachel et Lia edificaverunt dominum Israel, *Ruth* IV, 11; Sara domum Tobiae, Abigail domum Nabal, etc. Sic etiam in Calabria, ubi videntur mori et homines nentes sericinum, quibus presunt feminae, videmus per domos familiare unicum hujus artis peritiam aliore totum domum et familiam. Itaque sensus est, qd. Jansenius, qd. Uxoris sapiens sua diligenter ac prudenti administratione et gubernatione familiam suam etiam exiguum, et nullius imprimis pretii, egregie instruit, amplificat, et angelicis preciosis domum de omnibus necessariis, recteque educans suis filios ac domesticos. Contra insipiens etiam ab alio bene instructam non tantum perire sinet, sed suis ipsa manibus per suam insipientiam destruet ac perdet, domesticas per dilapidando, ac domesticos quoque suis sermonibus, factis et exemplis everendo. Simoniades laudat uxorem, que similis est apicula, casta, frugalis, intenta operi, non vagabunda, fervens sobolem. Mystico haec sententia implieatur est in *Ecclesiasticis Gentium et Synagoga Iudeorum.*

Symbolice, mulier sapiens est regina, que sua sapientia tam domum et familiam stirpeque mariti, quam totum regnum edificat, cumulatque omni bono temporali et spirituali. Sie Clotildis edificavit dominum Clodovei et regnum Francie, presertim dum maritum cum regno ad Christum convertit. Sie Cunegundis edificavit dominum Henrici I Imperatoris totumque imperium; S. Blanca edificavit dominum Ludovici regnumque Galliae; S. Hedwigis, regnum Poloniae; S. Elisabetha, regina Lusitanie, nuper a S. D. N. Urbano VIII, Sanctorum catalogo adscripta, edificavit regnum Lusitanie; unde ab ea deinceps omnes reges Hispanie Lusitanie usque ad modernum Philippum IV, recta serie descendunt.

Tropologicamente, mulier sapiens est mens, que dominum animas sue, ut Hugo, edificat omni virtute et sapientia.

Poem Beda in *Loci communibus*, cap. LXXII. *De simplicitate*, fabricam spiritualem anime, sive dominum virtutum, apposite ita ex S. Hieronymo per partes sigillatae construit et describit: « Fabrica spiritualis est fides firma in corde, galea salutis in capite, verbum veritatis in ore, bona in mente voluntas, dilectio Dei in pectore, preincipia castitas in ardore, honestas in actione, sobrietas in consuetudine, stabilitas in honestate, patientia in tribulatione, spes in Creatore, amor vite exter-

ne, perseverantia usque in finem. Plura de mystica hac Ecclesie et anime fabrica dixi in fine Aggai Prophetae.

Allegorice, mulier sapiens est B. Virgo qua per Christum edificavit, et in dies edificat Ecclesiam numero et virtute fidem, puta Apostolorum, Martyrum, Virginum, Confessorum, etc., ut pluribus dixi cap. VIII, 22, et cap. IX, 1.

2. AMBULANS RECTO ITINERE, ET TIMENS DEUM, INSPECTU AB EO QUI INFAMI GRADITUR VIA. — Hebrews, ambulans in rectitudine sua timet (vel timet) Dominum, et perversus via suis despiciens (vel despici) eum. Ubi etiam tam referre potest Dominum quam ambulanteum in rectitudine sua. Ad Dominum referunt R. Salomon, R. Levi, Jansenius et alii, id que dupli sensu. Prior est causalis, qd. Causa cur quis ambulet recta virtutis via, est timor Domini, sive quod timeat Dominum. Hie enim timor assidue stimulat, ut recta incedat via Deo placita ne, sic ibi exhortabit, Deum offendit. Viceversa, causa cur quis pravus et perversus sit in viis, id est actionibus suis, est, quod despiciat Deum Deique timorem. Quem enim excusit Deum, hic effrani sensim in omnia sceleris ruit, utru ruunt atheoi et politici. Ita auctor *Catenae Graec.* Rursum sic exponas, qd. Qui ambulat recta virtutis via, hic manifestum dat indicium quod timeat Deum: qui vero perversus via incedat, hoc ipso significat, se Deum despicer. Vita enim exterior testatur interiorum Dei timorem vel contemptum. Juxta illud S. Gregorii: « Probatio dilectionis exhibito est operis. »

Posterior (I) est, qd. Qui recta legis divina norma ambulat, hic timet, id est reveretur et religiose colit Deum; qui autem a norma haec exorribit, hic paulatim Deum, Deique reverentiam et cultum despiciat. Sicut enī virtus parit timorem cultumque Dei, sic virtus et virtus vita parit Dei, religionis et pietatis contemptum, juxta illud *Psalmi* XIII, 1: « Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. » Et illud *Prov. XVIII*: « Impius, cum in profundum venerit, contemnit. »

Venit in Noster, Aben-Ezra, Baynus et alii etiam referunt ad ambulanteum recto itinere, qd. Impius et perversus despiciat plūm, qui recta secundum ligem ambulat, Deumque timet et veneratur. Eodem tamen tandem reddit sensus hic, quod priores: nam qui despiciat timementum Deum, ipsum Deum indirecte despiciat; sicut qd. despiciat servum, despiciat quoque herum servi, et tandem crescente despectu directe despiciat ipsum herum, puta Deum. Hoc est quod ait Christus, *Ioan. xv*: « Si de mundo fuissetis, mundus utique quod suum erat, diligenter; quia vero de mundo non esatis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odisseis vos mundus. » Et *Job* cap. XII, 4: « Derideatur justi simplicitas. » Ubi vide S. Gregorium. Tanta enim est impiorum hominum perversitas, ut nisi

(I) Eademque recta.

omnes tales efficiant quales ipsi sunt, non conquiescant; unde piōs et probos rident, vocantque Collartortos, hypocritas, Jesuitas, etc. Causa est morum dissimilitudo: vident enim suam vitam et vita contrariae plūm virtutibus moribusque reipsa culpari et redargui; quare perpetuos hos vite sue censores, veluti studes in oculis non ferentes, eosrident, vexant, persecuntur, ut sibi similes efficiant. Iranc causant dat S. Prosper in *Sentent.* et *Epigramm.* cap. XXXI, de odiis mundi in Christianos: « Omnes, ait, qui in Christo volunt p̄ vivere, necesse est ut ab impiis et dissimilibus paucant opprobrii, et despiciant tanquam stulti et insani, qui presentia bona perdant, et invisibilis sibi ac futura prominant. Sed haec despicio et haec iratio in ipsis retorquetur, cum et abundant a eorum in ęgestatem, et superbia transierit in confusionem.

Impia pars mundi perit est infesta plūm,

Nec tolerare potest dissimiles animos.

Ridens nolens opibus praesentibus uti,

Sperantes sibi credita posse dari.

Sed spernenda haec sunt populi opprobrii sanctis,

Quae stulte jacint corda aliena Deo.

Nam spes nostra ex hoc visu fit certior omni,

Quod spondens, quiquid credimus, hoc Deus est. »

Et *Salvianus*, lib. VIII *De Gubernatione Dei*: « Maxima causa discordiarum, ait, est diversitas voluntatum, quia fieri aut omnino non potest, aut vir potest, ut eam rem in alio quisquam diligit, a qua ipse dissentit; itaque eos non sine causa oderunt, in quibus omnia sibi emula atque inimica decernunt. » Quin et *Plinius* in *Panegyri Trojani*, cap. LII: « Hoc, ait, primum erga optimum imperatorem plūm civium officium est, insequi dissimiles; neque enim satis amarint bonos principes, qui malos satis non oderint. » Et *Comicus*:

Semper bonos edit malorum factio.

Porro Septuaginta ἡ θεοῦ λόγου, id est, despiciit eum, accipit reciprocō pro despici seipsum. Idem enim Hebreis est pronomen reciprocum quod absolutum. Unde vertunt, ἡ διὰ αὐτούς ταῖς αὐτοῖς ἀποκλίνει, id est, qui tortus inedit viis suis, inholderatur, vel ignorinam afficer. Sicut enim virtus parit laudem, sic virtus parit probrum et ignorinam, ob quam vitiosus ab omnibus despiciuntur et contemnuntur. Ipse ergo suo vitio despiciunt sibi conciliat, ejusque sibi ipsi faber est et causa.

3. IN ORE STULTI VIRGA SUPERBIE: LABIA AUTEM SAPIENTIUM CUSTODIUNT EOS: — Septuaginta, *in ore imprudentium baculi contumelie* (Theodotion, *virgula injuria*): labia autem sapientum custodiunt (Scholiastes sanat), scilicet animi dolores et vulnera, quos vel ipsi vel alii lingua superba et contumeliosa induxit ipsos; Chaldeus, *in ore stulti virga et tribulatio*; Syrus, *stimulus et contumelia*.

Superbia enim parit injuriam et contumeliam; superbi enim, ut se prae catenis attollant, eos despiciunt, eisque injuri sunt et contumeliosi. Noster Salazar per *virgam* accepit sceptrum, sive *virgam*, quae sit imperii et potestatis insignis, ut sensus sit: « In ore stulti, virga superbie, id est, stultus ac vecors peccator prae fasto et superbia, perinde ac si virgam et sceptrum imperii ore suigeretur, putat sibi in omnium faciem licere, atque adeo omnes probris appetit, conviciis onerat, detractionibus denigrat. Verum hebrei non est *בְּשֵׁבֶת*, id est, sceptrum, sed *לִמְרַחֲבָה*, id est, virga, seu baculus ad ferendum, putat ad infidendum probra, injurias et contumelias, uti vertunt Septuaginta, Theodotion, Chaldeus, Syrus, Noster et Hebrei. Unde Vatallus: *Baculus*, inquit, *virga superbie est lingua, qua cedimus homines, ut virga equus.*

Sensus ergo solidus et clarus est, qd. Stultus, quia superbus, omni suo et lingua quasi virga superbaflagellat alteros, humerido, illum despiciendo, istum conviciendo, etc.; sed flagellando alios flagellat quoque seipsum, quia quos flagellat, ab eis vicissim lege talionis flagellatur. Superba ergo eius verba quae ore profert, erunt ei virga, id est causa et instrumentum et ferula, quia vapulet, confundatur et plectatur (I). « Labia autem sapientum custodiunt eos, » tum quia carent ne instar stulti suis malefici flagellent alios, ecclasticum flagellatum verborum, tum verborum vicissim sibi accersant; tum quia si a stulti flagellato maleficentia appetantur, contra ea se tuentur scuto prudentie, modestie et mansuetudinis. Ita enim prudenter, modestus et mansuetus agunt et respondunt ut suam innocentiam probent, et stultum maleficentem confundant, cogantque silere, juxta illud S. Augustini, serm. 45 *De Resurrec.*: « Maledictum patientia repercutsum in suum reddit autorem, ille eo qui petebatur. » Et Beda sio exponit: « In ore stulti, ait, virga superbie, et labia sapientum custodiunt eos: quia stulti per vanilopium humiles, quos despiciunt, affligunt; sed sidem humiles spiritu per doctrinam se sapientia, ne decipiuntur, muniant. » Unde S. Ambrosius, lib. III *De Officiis*, cap. IV, docens alienis incommodis non esse nostra lucra querenda, ostendit quam grave sit peccatum detractionis et contumelie. « Quae enim pena gravior, ait, quam interioris vulnus conscientia? quod severius iudicium quam domesticum, quo unusquisque sibi est reus, sequi ipse arguit quod injuriam fratris indigne fecerit? Quod non medicatrix Scriptura condemnat, dicens: Ex ore stultorum baculus contumelie. Stultus ergo condemnatur, qui contumeliam facit. Nonne hoc magis fugiendum quam mors, quam dispendum, quam inopia, quam exilium, quam debilitatis dolor? quis enim vi-

(I) Ita et Maurer, qui versit, *in ore stulti est virga fatus seu insolens, puta ipsius stulti.*

Quoniam corporis, aut patrimonii damnum non levius ducat viro animi, et existimationis dispendo? »

Symbolice, S. Gregorius, XXIV Moral, cap. IX, hanc gnomen adaptat superbius praeialis et predicatoribus: « Sed haec, ait, esse propria arrogantium predicatorum solent, ut etiam afflictos auditores suos magis districte corriperem appetant, quam blanda refovero: plus enim student, ut mala objurgando increpant, quam bona laudando conformat. Superioris quippe videri desiderant, atque adeo magis gaudent, cum eorum animos ea elevent, quam cum charitas exequant; semper inventore appetunt, quae increpando rigide ferant; unde scriptum est: In ore stulti virga superba: quia persecutore rigide seit, sed compati humilietur nescit. »

S. Gregorium de more sequitur S. Isidorus, lib. I Origin, cap. XII: « Superbi doctores, ait, vulnereare potius quam emendare norunt, Salomonis attestante: In ore stulti virga superbia; quia increpando rigide faciunt, et compati humilietur nescient. » Quia, ut ait Polychronius in Catena Graec., « quos reprehendunt, non tam emendare, quam confundere student. » Sie et S. Chrysostomus ibidem. Sie et Hugo: « In ore stulti virga superbia, » id est, inquit, imperiosa correctio est in ore stulti, et a converso in ore justi virga mansuetudinis et dulcedis. Propterea in arca magna similis cum virga fuit. Et de virga Aaron legitur, quod frondit et amygdala protulit: que sunt cibis infirmorum.

Denique S. Hieronymus initio Apologiae 3 contra Rufinum, ejus in se invectivam in ipsumsum retorquentes: « Intellexi, sit, illud Salomonis in te esse completum: In ore stulti baculus conculmeli. »

4. UBI NON SUNT BOVES, PRESEPE VACUUM (hebraice, mundum) EST: UBI AUTEM PLURIME SEGETES, IN MAFESTA EST FORTITUDINE BOVIS. — Perperam Theodotion pro פָּנָן been, id est ubi non, legens פָּנָן been, id est in labore vel labore, verit, in Ezechiel, id est, in fortitudine bomin presepe cogitat genitum, et multitudinem genitum in potentia tauri. Sic enim nulli est antithesis, sed tautologia inanis; Legendum ergo been, id est ubi non sunt boves. Est igitur et metonymia: ubi enim desunt boves, qui arando fruges producant, non solum presepe vacuum est, sed et horreum: nam ubi palea non est, nec frumentum esse potest, q. d. Ubi boves deest, ibi ager soli non potest; agro autem in cultu et in arato, nulli ex eo prouentus sperantur. Unde Hebr. בְּנֵי ebus, id est presepe, Marinus et alii vertunt, apotheca, horreum, granarium, hinc aream, in qua segetes excultuntur et trituran- tur. Igitur ex presepi per metonymiam et natalepsin intelligi tum apothecae stellaria, tum mensas (presepe enim est quasi mensa bomin et jumentorum), tum cibum et anionam; hanc enim continet presepe, et jumentis comedendam offert. Ex jumentis autem intelligi homines; nam ubi deest

annona jumentis, ibi consequenter deest et non minibus. Unde ex Hebreo sic veritas, ubi non sunt boves, apotheca nonda, id est vacua sunt; et copia prouentum est in fortitudine bomin, hoc est, alti vestablos, qui laborat, habet quod manducet; qui autem otium sectatur, egestatem habet in domo. Aut, ubi est labor et laborantes, ibi est copia rerum; ubi vero otium et otiantes, ibi egestas. Eodem redi versio Symmachii, eo quod non sint tenuis genitum praecepis, id est fecum quod in presepi jumentis appetitur, supple, succrescit loco trilici, et multitudine genitum in potentia tauri; Chaldeus, multitudine frugum in fortitudine bomin; et Aquila, ubi non sunt boves, fit frumentum; genitum electum, et multitudine fructum in fortitudine juveni, q. d. Ubi non sunt boves arantes terram, ibi terra non fruges, sed sterile frumentum sponte ebullit et generat: at ubi boves fortiter arant, ibi copia non fecit, sed frumentum producunt. Paracema ergo haec grammatica et physico doceat, ait Jansenius, agricultura dandan esse operam ut sibi de bobus hisque validis prouisciant, per quos terram recte excolare possint, si ex ea copiosum fructum referre velint. Deinde ethica sub hoc exemplo significabit omnibus laborandum esse, qui manducare et dilescere volunt, olimque sectantibus egestatem obviam. Politice vero re publica prouispcionem esse de strenuis prudenteribus moderatoribus, qui si desint, res publica omnibus sit modis distinguida: si adsin, omnium bonorum copiam indissesso suo labore et prudenter illi sunt allaturi. Meminit hunc potius quam equorum, tum quia in Palestina et Egypto, aquae ac in Italia, aliusque locis, bobus arant potius quam equis; tum quia boves huncus parci sunt, ac herbo et frumento vivunt, qui vero avena, hordeo, frumento: unde magnam partem frugum quam producent, ipsi met absumunt, cum boves palea et frumento contenti frumentum omnia hero reliquunt, itaque eum denti. Hinc boves priscis arationis, indeque messa et fertilitatis erat symbolum, ut patet in bobus fortibus, quos vidit Pharaon, Genes. XL, 2. Vide dicta Isaiae XXXI, vers. ultimo.

Mystice et tropologice, S. Hieronymus in Habacuc cap. in: « Boves, inquit, non erunt in presepiis, quia ubi plena sunt presepi, manifesta est fortitudo bomin. Bos operarius est, bos Domini sustentans jugum, bos, in cuius vestigium qui severit, beatus est. » Et S. Gregorius, lib. III Registr., opist. 30 ad Eulogium: « quod, inquit, crescit Ecclesie populus, quod ad celeste horreum spirituales segetes multiplicantur, hoc de omnipotenti Dei gratia, que in beatissimis vobis large influit, nuncquam habuimus insertum. Gratias itaque omnipoleti Deo solvinus, quia impletum videamus in vobis esse quod scriptum est:

Ubi plurime segetes, ibi manifesta est fortitudo bomin. Si enim hos fortis aratrum lingue in terra cordis audientium non transfixisset, tanta fiducia seges minima surrexisset. »

Particulatum vero Beda singula singulis sic adaptat: « Boves, inquit, doctores catholicos, praeceps costum auditorum, segetes dicit fructus operum bonorum. Incassum ergo tunet superbus et indocta eloqua verberat aures ac corda subiectorum, quia ubi non sunt docti predicatori, frustra ad audiendum confluit turbula plenum; ubi autem plurime operationes apparent virtutum, ibi apertissime claret, quia non hereticus in vanum garravit, sed pro verbi fruge laboravit ille, qui et ipsius verbum easlo ore ruminare, et viam veritatis recto disceptationis pede noscit incidere. Nec mirandum cur in presepi auditores significari dixerimus, cum bos auctor de praeceps, doctor autem verbo audientes soleat nutrire; sed intuentum, quia et de labore bovis praeceps impletur, et ipse bos suo fructu de presepi reficitur. Quia minimus predicatori fidelis et audientes verbo reficit, et eadem reficatione opidum ipse proficit; quod in opere figuratur Elias, qui Sareptanam viduam pascit, a qua et ipse pastatur. »

Bos dotes dotes predicatoris, et predicatori Evangelico, adeo ut si illas inspirat et amuletur, abunde omnes sumi numerus numeros sit expleturus. Nam primo, bos est laboriosissimum aedique symbolum labiorum. Unde veteres, teste Pierio in Hierog., volentes laborem pingere, pingebant caput bovis; similiter modo doctor et predicator ut fructum faciat, valde in predicando et docendo laborem oportet; qua de plura dixi Ezechiel, x. 4.

Secondo, bos est animal innocens, simplex, sincerum. Talis quoque sit predicator, ut omnibus benignus, nulli malefaciat. Unde Ovidius, XV Metamorph.:

Quid mercede boves, animal sine fratre dolere,  
Inocuum, simplex, natus tollere labores?

Tertio, bos alius laborat, non sibi, juxta illud, « Sic vos non vobis fertis aratra boves. » Idem predicator Evangelicus non sibi, sed aliis laborat et predicit, adeoque instar S. Pauli totum se aliorum saluti impedit et superimpedit. Hinc bos symbolum est beneficium.

Quarto, sum validi et fortes: foris sit et predicator, ut neminem vereatur. Ita S. Dionysius De Celesti Hierar., cap. xv: « Bovis imago, ait, fortitudinis ac roboris, praefert speciem, et qua spiritualis sulcos suscipiendo celestibus fecundisque inliris scindunt. » Hinc boves cum celeritate fortiter figurant pedem in cursu; hinc et cornibus armantur, lisque hostes impetu, fugantque vel prostreruntur.

Quinto, bos frugalis est sibi, tantumque paleas, herbas et fenum comedit: « Taurus, inquit Horus

Apollo in Hieroglyph. cap. XLIV, integris vibus, fortis ac temperans. » Ita sobrius et frugalis ibi sit predicator. Certe S. Petrus, teste S. Nazianzeno, lupini duntaxat vesecatur. Sieut tamen par est boven ali ex missis in qua laboravit, sive et predicatorum ali a fidelibus quibus predicta convenit, iuxta id quod sancti Deus per Mosen et per Paulum: « Non diligabis os bovitrituranti, » Deuter. XXV, 4, et 1 Cor. IX, 9.

Sexto, bos erat victimam que Deo macerabatur. Unde religiosus erat symbolum, neque ac mortificationis et martyris, ac representat Martires: quales fure Apostoli et predicatorum Apostolic.

Septimo, in quatuor mysticis Ezechielis, cap. I, vers. 10, animalibus, que currunt glorie Dei et Evangelii quaqueversum per orbem agebant, erat planta pedis vituli, adeoque terrium animal erat bos. Quod explicans S. Gregorius, hom. 3 in Ezechiel: « Quia, inquit, predicatorum sanctum bolum nomine designantur, doctus Paulus Apostolus legis testimonium exponebat: Non obturabis os bovi triturationi, in sanctis ergo predicatoribus plantis pedis est vitali, scilicet mature incedens, et forlis, et divisa; quia unusquisque predicator et veneratio habet in maturitate, et fortitudinem in opere, et divisionem ungule in discretione. Non enim facile predicationis ejus accipitur, si levis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitas ostensionis, si contra adversa omnia non adfuerit operis fortitudo. »

Octavo, bos in incessu et aratione lensus est, sed exactus et perfectus: ita doctor lensus sit, ut populo rudi tardoque se accommodet, ne cum teneat idem cerebro et minutius explicare et inculcare.

Nono, terra que a bobus arato non subigitur, gerinam frumentum, spinas et tribulos; que vero ab his subigitur, producit letam frumenti messem: sic anima, que a predicatoribus arato verbi Dei non excoluntur, sylvestrantur, nec nisi lolum et tribulos vittorum proferuntur; atque eodem sylvestrantur, sylvestrantur, seminantis, letam viratum frumentum progenientur.

Dicimus, apposite Cajetanus et ex eo Salazar presentem bomin parabolam sic explicant: Sic qui caret bobus, habet presepe, id est stabulum mundum; qui autem boves habet, eti stabulum im mundus illi sit, gaudet tamen multitudine preventum atque fructuum: sic etiam qui cursus animalium non suscipit, nec in agro Domini excedendo laborat, sed submersi totus vacat, majori fortasse munditia et puritate conscientie frumenti; qui autem boves jungit suos, id est operas suas proximis narrat, et activam vitam contemplationi adhucit, hic sane mentis ac conscientiae suscepse proinde et stabulum immundus habet: nam ex hominum consuetudine et negotiosa vita semper aliquid sordium saltem levium accedit, tamen ubi ex copiosiores fructus metit.

Hujus sententiae veritatem cernimus felici hoc

nostri avi seculo, quando viros Religiosos zelo Dei ardentes, boum instar strenue in agro Domini laborantes, in Gallia et Germania multa hereticorum milia ad orthodoxam fidem convertisse, atque Imperatorem Ethiopiae cum toto ejus imperio Romanæ Ecclesie subiecisse videmus, gratiam et miramur; quando B. Franciscum Xavérium ejusque asseclas Indos, Japones, Sinas ad Christum traducere conspicimus. Deoque gratias agimus. Sane in una Japonie insula ad septingenta Christianorum milia numerantur, et quibus multi pro Christo sanguinem vitæque libentes, alacresque profundunt. Equidem, ut alla taccam, unico anno Domini 1624, centum sexaginta quinque Christiani in Japonie conuster mortem pro fide oppelliverunt. Ex iis quinqueaginta, et quibus lento igne crematis assatique, ali⁹ gelu enecti, ali⁹ in mare mersi, ali⁹ crucifixi, ali⁹ gladio percuti. Duces eorum fuere tres et Societas Jesu Patres. Hos quasi pastores suis secuti nobiles, plebeii, virgines, conjuges, quin et senes decepti, ac pueri infantisque perplures, qui Iudibundi ad mortem quasi ad epulas processerent. Non defere, sive causam, sive alatem, sive sexum, sive gradum, sive genus mortis species, novi Laurentii, novi Agnetes, novi Symphorose, novi Machabeorū, novi Machabœorū, novi Adriani, novi Getulii, novi Nathalii, novi Pancratii, novi Viti, novi Innocentes, quia non defuit novus Herodes; quibus prouide pariter accinas illud quod priscis occidunt Ecclisia:

Salve, dores Martyrum,  
Cologne nascentes rose;  
Aram ante ipsum stellatus  
Palma et coronis lucutus.

Horum sanguine Japonia rigata longe felicius succrescit Ecclisia; nimirum, ut canit Prudentius et Envy, id est *De Coronis*:

Martyrum semper numerus sub omni  
Grandine trevit.

Recentibus jam et Macao litteris affertur novissime quingentos et Christianis in Japonie, pro fide Christi variis tormentorum generibus trucidatos fortior occubuisse, adeo ut jam plura censuram pro Christo milia in Japonie numerentur.

Ita jam fortis, ubi celo magis  
Duci exempli via. Car inieris  
Terga vota; superata tellus  
Sidera donat.

**5. TESTIS FIDELIS NON MENTITUR; PROPERTY AUTEM MENDACIUM DOLOSO TESTIS.** — Hebr. *testis veritatem, aut delitatem, non mentitur; efficit autem mendacia testis falsitatem*; *S. Pugnatio, accentum autem falsa (Complutenses et Regia, mentientem) testis injunctus; Aquila, Symmachus et Theodosius, amittunt falsa testis mendax; Chaldaea, qui loquuntur mendacium, testis detractor est; Vatabulus, testis*

*verax non mentitur; falsus testis evomit mendacia.* Sensus videtur planus, sed tamen plura continet, que varii sic varie efferrunt.

**Primo.** R. Levi, R. Salomon, Janse, et Bayanus, q. d. Testis qui non solet in familiis, et colloquentis mentiri, ac mendacia aversatur, in arteria fidelis veraxque testis erit, cum vocabitu: *judicium, ut aliquip juridice testetur;* qui vero mendacia inter suos effluit solet et assidue mentiri, hic si rogetur a judice, facile mendax erit, falsumque de more promet testimonium. Consuetudo enim vertitur in habitum et habitus in naturam, estque quasi alterna natura; quare qui assuet semper verum dicere, difficile flectit se, ut casu aliquo falsum profaret; et vice versa, qui solitus mentiri, difficile se a mendacio cohabet, perseruit cum ad id spes luri, vel alterius comodi um illiciet et invitabit.

**Secondo.** R. David, q. d. Qui vult haberi testis fidelis, absinet a mendacio; si enim vel semel in mendacio deprehendatur, perdet fidem, etiam cum verum dicet nemoque ei credet; qui ergo vel semel profert mendacium, hic deinceps perdet fidem, atque passim habebitur testis dolosus et mendax, aut certe de mendacio suspectus.

**Tertio.** Hugo, q. d. Testis fidelis esto subinde fallatur, et ex errore falsum dicat, tamen numquam ex proposito mentitur, id est contra mentem loqueretur, ut quod scit esse verum, dicat esse falsum, vel e contra; testis autem dolosus ex proposito mentitur, asseritque esse vera, quae scit esse falsa; et contra.

**Quarto,** nervosius Lyranus et ex eo Salazar: «Testis fidelis non mentitur, id est, nulla prece vel pretio, nullis minis vel penitis, adduci potest ut mentitur; at testis mendax sine pretio et minus sponte sua profert et efflat mendacia, sicut caminus efflat et exhalat favigilas et scintillas. Hebreo enim יְהוָה iaphia, id est efflat, significat primo, facilitatem et pronaitem ad mendacium; secundo, copiam mendaciorum, quanta est favela auditoribus persuadet, sicut rogus magna vi et impetu suas ejaculatur scintillas. Quinto, vanitatem, nimirum mendacia esse evanida; veritatem tutem esse firmam et stabilem. Mendacia enim sunt sicut bulle, quae a pueris per fistulam et summate facile efflantur, sed eadem faciliter diffunduntur; cum enim in aere ascendit bulla temuis et fragilis, minimo aeris motu rumpitur, et temuis subito evanescit in auras: similis enim modo mendacium citio fingitur et confitatur, idemque citio dissipatur et diffundatur. Rursum Hebreum כַּבְשׂ, id est mendacium, sicut litteris sic et significato alludit ad כַּבְשׂ easoph, id est prestigium, fa-

cinum, maleficium: tale enim est mendacium; unde mendax est quasi prestigiator et maleficus, qui mendacio quasi fascino aures audientium præstingit, fascinat, obnubilat et seduct. Hinc rursum mendacium vocatur כַּבְשׂ cachas, id est tenues, macies, macilenta, quia nil habet veritas et substantia, ut, si mendacium pingere velis, pingas mulierem strigosam et macie confectam. Porro cachas alludit ad כַּבְשׂ saccach, id est oblitus est, et ad תְּרִין chasach, id est obtenebratus est, per metathesis. In mendacio enim mera vanitas, memoria confusio et mentis obscuritas concurrent.

Denique « fidelis non mentientur, » quia quam cara est ei fides, tam cara est ei veritas, tanquam exosum mendacium; quare siquid fides, sic et veritas ei sancta est, et instar juramenti. Quocirca Christos fidelibus vetus turare, Mathe. v. 34: « Ego autem dico vobis non jurare omnino; etc. Sit autem sermo vester: est; non; non; quod autem his abundantius est, a malo est, » puta a virtute incredulitatem et perfidiam innato homini ex peccato originali; quo fit ut sepe simpliciter asserent non credatur, jurarent credatur. Jurare ergo non licet, nisi cogat hoc malum, puta incredula hominis diffidencia. Unde in paradise, ubi homo malum non erat, jurare non licet, sicut nec licet Beatis in celo: Beati enim ita veraces sunt, itaque reverentes nominis divini, ut jurare non audeant. Quin et Isocrates ad Demoticum, licet Gentilis: « Boni viri, inquit, fideliores se exhibent iuramento. » Et Plutaroch in Problem.: « Juramentum, inquit, homini libero pro tormento est. » Romanii enim a servis veritatem extorquent per tormenta, et civi jureamento, a sacerdoti solo verbo. Ita Chromatius Aquileiensis Episcopus, quem S. Hieronymus sui aevi vocat doctissimum et sanctissimum, scribens in citata Christi apud Mathe. verba, ait Christum vetuisse fidelibus juramentum, quia ipsorum verba « ita semper debent esse vera, ita fidelissima, ut pro jureamento habeantur. » Ac subdit: « Juramentum causa est quia omnis qui jurat, ad hoc jurat, ut quod verum est loquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum et loqueland nostram nullam voluit esse distantiam; quia sicut in iuramento nullum convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostra nullum debet esse mendacium, quia utrumque et perjurium et mendacium divini oboediunt (ali⁹ verius legunt, *judicium*) peccata damnatur, dicente Scriptura: « Os quod mentitur occidit animum. Quisquis ergo verum loquitur, jurat, quia scriptum est: Testis fidelis non mentientur. » Jurat, non expresse et formaliter, sed tacite et finaliter, quia sciens verum loquitur, ob quod omnis iuramenti usus introductus est; iuramenti enim nullus est veritas et veritatis cognitio, quam fidelis sine iuramento simpliciter, rem uti se habet euaniunt, assequitur; interpretative ergo jurat, id est facit et assequitur id simpliciter assertione, quod alias qui jurat, assequitur suo iuramento. Ita Chro-

matii (male in prisca codicibus Juris Canonici legitur Chrysostomi) verba translata sunt in jus Canonicum, et habentur 22, Question. V, Can. xii: *Juramentum, ubi recte Glossa nota, & Dominus inter juramentum et loqueland nostram nullam voluit esse distantiam, limitandum esse ad generalitatem præcepti, quod, sicut Deus vult omne perjurium, sic et velut omne mendacium, ne quis*

*potaret extra perjurium licitum esse mentiri, ut explicat Chromatius: « Sicut a Deo qui verax est et mentiri nescit, quidquid dicitur pro iuramento prohibetur, quia verum est omne quod loquitur. » Tam sancta est Deo veritas, quam fides imitari decet.*

Mystice, anctor *Catenæ Græcor.*: « Testis, inquit, iniquus et infidelis » est diabolus; hic enim cum temporaria voluntatis usum insipientibus promittat, aliud nihil quam *sempiterni ignis supplicium p̄s̄t̄l̄t̄*. « Testis » autem « fidelis » est Dominus, quippe qui in omnibus dictis et promissis suis sit fidelissimus, negre unquam mentiatur aut fallit. « Incendit » porro testis iniquus mendacium, quia quod extinctum jacet, vel nova accusatione, vel falsa testificatione denuo exsuscit. Hæc auctor *Catenæ* juxta Septuaginta.

Rursum testis fidelis est Martyr, qui fidei veritatem suam in Deum fidelitatem morte sua testatur, et sanguine suo obsignat. Rursum qui recte et sancte vivit, ac in sanctitate fideliter perseverat resistendo quibusvis difficultibus et tentationibus. Unde B. Theodoreus Studita inter homillas Catecheticas, quas edidit Joannes Livineius Canonicus Antuerpiensis, decimæ hunc titulum præficit: « Martyres esse non solum qui sanguinem profundant, sed etiam qui vitam obeant dis vinam; » idque probat tum auctoritate S. Pauli, tum ratione. Ait enim Apostolus, inquit, Hebr. xi: « Creuerunt in meloibus, in pellibus caprinis, egenites, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in soliditudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terra. » Et paulo post: « Tantum habentes nubem Martyrum, dependentes omne pondus, et circumstantes nos peccatum, per patientem curramus ad propositum nobis cerfam, aspiciens in autorem fidei et consummatorem Jesum. » Viden' ut universe Martyres vocavit omnes pietatis amantes afflictamque vitam tolerantia trahentes? Quare et nos, fratres, numerati in hoc martyrio sumus: nam qui tollantes vite arrumas crucigeram amplectamur, qui virginale votum tueamur, nec monigerationes detrectane, in qua inest quiddam instar certaminis, Jesum testamur et Christum esse et Dei Filium, testamur iudicium ac remuneracionem futuram, testamur vita exacte rationem reddituros ad terribile Christi tribunal, obstantes dia-bolo Christi inimico tortuoso, et assidua cogita-

tionem ac lethalem volupatiam obiectatione, vultus flagris urgenti negare nos esse Deum. Hactenus Studia.

**6. QUERIT DENSOR SAPIENTIAM, ET NON INVENTIT; DOCTRINA PRUDENTIUM FACILIS.** — Hebreo*ix*, querit iuris sapientiam, et non, supple, inventi, vel ut Cisternus, adest; et scientia intelligenti lexis; Symmachus, quiescit pestilens sapientiam, et non est. Pro *facili*, id est p. v. vlo prelio comparatur. T. *doctrina prudentium facili* dupliciter accipi potest: primo, passive, q. d. doctrina prudentium facilis est, ut discatur ab ipsis prudentibus, sive prudentes facile capiunt et adsiduent doctrinam. Unde Hebrei habent, *scientia intelligenti*, vel intelligentis, *lexis vel facili*; sieque clara et directa est antithesis inter *densorum* et intelligentem, sive prudentem in discenda sapientia, quod densoris difficultas, immo impossibilis, sit sapientie, quia omni suo labore quo eam querit, non inventit; intellig. «*Si vero*, sive prudenti, eadem si facili, quia scilicet densor suis voluntatibus adductus non querit eam serio, sed quasi per jetum et risum, immo eam ridet et deridet: tales sunt hypocritae, heretici of *Iudei*: prudens vero cordate, serui et resolute eam vestigant, ideoque facile eam inventit, quia taliter querenti occurrit, et ultro se offert sapientia, puta honestas et virtus. Unde Vatablus verit, *qui autem judicio pollutus, hinc obvia est sapientia*. Ita Beda et Jansenius; nam, ut sit S. Cyriacus in *Joen. lib. I*; capitulo xii: «*Canes venaticos imitatur sapiens hunc illuc ferre querentes. Ipse enim non intellectum rem sepe ac multum vostigans, interrogansque tandem assequitur*».

**Scundum**, active, q. d. «*Doctrina prudentium est facili*», non tantum ut ab ipsis discatur, sed et ut eis doceatur; quia prudentes facile docent doctrinam sive prudentiam, utpote quam ipsi longostudio ususque diciderant et a primis callent; ac proinde rudes et imprudentes ab eis eandem discent, si ergo doctrina se subjicit. Unde Septuaginta vertunt, *quærat sapientiam apud malos, et non invenies; sensus autem apud prudentes facili est*; vel, ut auctor *Catene Grecorum* verit, *apud prudentes sensus et intelligentia inventu sunt facili*. Quia licet mali subinde speculativa bona virtutem dent monita et preecepta, tamen quia opere contrarium faciunt, hinc auditoribus qui magis operibus erudit quam sermonibus, eandem non persuadent; et pridentes et probi, quia que docent verbo, eadem monstrant exemplo, hinc facile eadem alii ingerunt et imprudent.

Hinc rediutorum variae verborum probables et congrue hujus versus expositiones. Nam *primo*, R. Salomon exponit, q. d. Densor quando sapientia opus habet, emque querit, animum suum ea spoliatum experitur. Id maxime fit in die iudicii juxta parabolam virginum fatuarum, *uibus venienti sponso defecit oleum, Matth. xxxv.*

**Secundo**, Baynus per denses accipit pueros, qui jocis et ludis addicti non capiunt preecepta sapientie, sed ad ea quasi stupent et rident, moxque ea fastidientes ad suas mugas et ludicia revoluntur, q. d. Joculatores, jocisque et ludis addicti, non capiunt sapientiam, sed prudentes, cordati et severi; hisce enim virtus, que in matrinitate et severa passionum castigatione consistit, est facilis.

**Tertio**, nervose et particulatum Jansenius, q. d. Densor, id est, qui longo tempore non tantum per infirmitatem non acquisivit sapientiam salutariibus monitis, sed etiam inveterata malitia obstatit veritati et sapientie, eamque deseruit, justo Dei iudicio incidente in tribulationes et angustias, atque ob id quæcum sapientia consilium, quo evadat urgencia mala, frequenter non inventit sapientiam sibi assistentem et bene consilientem, sed suis consilii sinistrum semper in pejora prolabi. Rursum, qui veritatis doctrinam irrident, ut faciunt hereticii et *Iudei*, quantumvis summis studiis sapientiam veram querant, non tamen inventivit, tam quia male querunt, et extra Ecclesiam ubi non est; tum quia traditi in reprobrum sensus, stulti facti sunt, et quasi cœci palpantes in meridie. Item qui a juvenitate se tolos nugis vanisque rebus addixerunt, sapientie recusantes morem gerere, fere eum ad adultum proiecti statim esse sapientie tradere volunt, eamque percepire desiderant, deprehenduntur difficulter eam percipere posse, et agro in ea proficer. **Contra**, «*doctrina prudentium facili*, et pro quo hebreo est, *scientia prudenti (intelligenti) est facili*», hoc est, homo prudens, qui prudentiam semper dilexit, et intelligentia se a juventute semper accommodavit, is facile perceperit scientias quasque, et quidquid sapientie dicuntur. Hic expositioni faveat Syrus, dum verit, *querit improbus sapientiam, et non inventit*.

**Quarto**, Lyranus et ex eo nosler Salazar expllicant, q. d. Densor, id est superbus, qui praefasta et tumor alicorū, nec Doctorum et Sapientium, doctrinam aspernatur, ac sapientiam suo ingenio, cui preedit, vestigare, judicare et metiri presument, hic utique eam non assequetur, quia sapientia non a proprio, rudi et superbo ingenio, sed a sapientibus et modestis d'escenda est; sicut enim ventus ferarum vestigia difflat, easque indagandi vim et odoratum in canibus hebet: sic etiam fastus et superbicia, qua suo quis ingenio plurimum tribuit, aliquo spernit et deridet, sapientias indagandie vim admittit. At «*doctrina prudentium facili*», id est, quicunque alios humiliant auscultant, et ab ipsis edoceri volunt, hinc facile brevique tempore magnam sapientiam sibi parant.

**5. VADE CONTRA VIRUM STULTUM, ET NESCIT LABIA PRUDENTIE.** — Pro *nescito* Jansenius et aliis nonnulli legunt *nescito*. Sic enim, habent Hebrei, huncque sensum, q. d. Si iheris contra virum stultum,

hoc est, si eidem te disputando opposueris, nescies, hoc est, non comprehendens in illo labia prudentie, nec ab illo disces docte prudenter quoque. Imperativi enim hic non preceptum significat, sed permissionem, aut potius sequelam unius ex alio, sive quid uno positio secundum sit. Simile fuit cap. xii: «*Verte impios, et non crunt, q. d. Si impios vertas, inde consequetur ut amplius non sint. Alii pro prudentie contrarie legunt nescit labia imprudentie*». *q. d. Vade ne ex contario stultorum discasstille ut imprudenter loquaris*.

Porro ali varie hec ex Hebreo vertunt et expoununt. **Primo**, R. Salomon, *vade, inquit, coram viro stulto, et nescies labia prudentie*, hoc est, si cum stulto converseris, non disces ab eo prudentiam.

**Secondo**, Tigurina, *vade a facie hominis stulti, in quo non animadvertis labia scientie*.

**Tertio**, Vatablus, *vade a facie insipientis, cum non novitis sermones scientie*, hoc est, nihil sit tibi commercium cum stulto, si inexpertus furis et ignorans: quia a stulto non disces scientiam, sed stultum.

**Quarto**, Chaldeus, *vade per viam altam a viro stulto, quia in labiis ejus non est scientia*; et huc Vulgarum versionem revocant Cajetanus et Baynus, subaudiendo pronomen *eum*: «*Vade, inquit, contra virum stultum, et eum qui nescit labia scientie*». *q. d. id est, procul discide a stulto, et ab eo qui imperile et imprudenter loquitur*.

**Quinto**, Jansenius, quasi dicat, *vade contra virum stultum, id est elonga te a stulto, et nescio labia scientie*, id est tace, immo, si opus sit, simula nihil scire, a loquendi imperil et prudentie expertem esse, potius quam ut cum stulto sermocineri vel disputes.

**Sexto**, Septuaginta prorsus allo abeunt: *Omnia, inquit, contraria viro imprudenti; arma autem sensus [græco zibēs] id est sensus, judicis, scientie, doctrine, id est prudentis et sensati animi, zibēs enim est nesci, labia sapientia, vel, ut tertius auctor Catene Graecorum, viro stulto omnia condit adversa; labia autem sapientis arguta sunt iudicij et sensus*, hoc est, inquit, «*sapientum labia sunt idonea iudicij et sensus organa, ut que insipientum avertunt, et malitiam data opera insecatur: malitia enim cum vera sapientia nihil commune habere potest*». Sicut enim in organis exacto aurum iudicij, fistula minores gradum cum majoribus magna sonoru proportione harmonice coaptantur et contemporantur, indeque suavem edunt melodiam et concentum: sic pariter sapientis sermones suos magno prudentia sensu disponit et contemporat, indeque mirum audiendum tam illis quam sibi conciliat decorem et gradiam, adeo ut, cum eum loquentem audirent, organum concentum se audire existimat. Graecum enim *zibē* non tantum arma, sed et organa et instrumenta quilibet significat. *Sens* arma hoc loco vertas cum Complutensis et Romanis, sensus erit, q. d. Viro imprudenti ob imprudentia ejus

Dices: *Qa fide Noster verit, et nescit, in tertia persona, cum in Hebreo sit, et nescivit, in secunda, hoc est, nescit, vel nescies?* Respondeo: *Noster videtur census esse hic commutationem personae, que crebra est in Scriptura, ut scilicet Salomon a sapiente se convertens ad stultum dicat: Tu, o sapientis, vade contra virum stultum, id est, contraria via te a stulto elonga; at tu, o stulto! nescito verba prudentie, id est, tibi soli servatuum nescientiam et ignorantiam prudentie, noli eam sapienti pandere, nec similibus inhalare: quod Noster clare verit, mutans secundam personam in tertiam, et, id est quia, stultus nescit labia prudentie*; Hebrei enim usitata est, sed Latinis inusitata et insolens haec subita personae commutatio. Similes tacite et repentina personarum commutationes crebra sunt in Prophetis et Canticis: *Prophetæ enim subito a Cyro, Davide,*

verba, quibus sibi omnium odia accersit, omnia accidunt contraria et adversa : omnes enim in eum insurgunt, eumque lassessunt; *arma autem sensus labia sapientia*, id est arma homini sensati, quibus se contra adversa omnia communici, imminicis quoque sibi amicat, sunt verba prudenter et gratis labis ejus prolati. Aut, ut noster Salazar, q. d. *Omnies et omnia imprudenti crudeli* movent bellum; sed tamen nulla adversus eum arma seviora sunt, quam labia sapientia homini sensati. His enim crudelius quam sagittis et jaculis configurit, his sevior quam gladii hastisque confiditor ejus soliditas et stoliditas. Porro stultus hic, et in ceteris proverbiis, idem est quod imprudens, vitiiosus, pravus, improbus; sapiens vero est prudens, virtute preeditus, rectus, probus : haec est enim sapientia vera et practica, ut sepius monui. Ita S. Ambrosius, lib. III, epist. 29, post initium : « Eloquia tua, inquit, plena intellectus sint. Unde et Salomon ait : Arma intellectus labia sapientia. Et alibi (Proverb. xv) : Labia tua alligata sint sensu, id est fulgeat sermonum tuorum manifestatio, intellectus coruscet, et eloquio tum ac fructuatum aliena non indiget assertione, sed sermo tuus velut armis suis sese ipse tueatur. »

Denicus Theodosius Abbas apud Cassianum, Collat. VI, cap. ix, sic Septuaginta explicat : « Ut, inquit, de perfectis ac sapientibus dicitur : diligentibus Deum omnia cooperantur ad bonum, ita de infirmis pronuntiatur ac stultis : Omnia adversa vita insipienti, nec prosperis enim rebus proficit, nec emendant adversis. Ejusdem namque virtutis est tristitia fortiter tolerare, cuius etiam secundi moderari; et eum qui in uno eorum superatur, neutrum sufficer certissimum est. Facilius tamen quis eludi potest prosperis, quam adversis. Hec enim interdum etiam invitos retinent atque humiliant, et compunctionis saluberrima vel minus peccare faciunt, vel emendant; illa vero mollibus mentes ac perniciose exstollent blandimenti, securos felicitatis suae preventu ruma majore prosterunt (1). »

8. *SAPIENTIA CALLIDI EST INTELLIGERE VIAM SUAM : ET IMPRUDENTIA STULTORUM ERRANS.* — Chaldeus, *sapientia callidi est intelligentia via sua*; *stultitia teoridum fraudulentum*; Syrus, *solers in sapientia sua intelligit viam suam*; *at via stulti in errore*. « Callidus, » hebreus *בְּרִיא arum*, in hisce Proverbis in bonum partem sumitur pro caute et prudenti. *Sensus* « st., q. d. Vir cautus et prudentis intelligit suas vias, id est actiones, quia antequam eas obeat, previdet et prospicit modum, quo prudenter, recte et honeste juxta Dei legem et voluntatem eas operetur, ut per eas ad vitam honestam, ac tandem beatam recta contendaat ac perveniat. Et in hoc sita est vera ipsius sapientia. At vero imprudentia et insipientia stultorum in eo consistit, quod ipsi non intelligent, non prospiciant, ut via eorum sint recte; sed a rectitudine aberrant in avios et devios volupsum errores, ad quos eos abripit sensus et conveoientia; unde ab una volupitate aberrant et vagantur in aliis et aliis, donec secessit aberrando magis et magis, tandem in ruinam et gehennam corrulant, qui summus et irrevocabilis est error.

Pro errans hebreus est *בָּרוּךְ וַיָּמָר*, id est dolos, frons, deceptio, ut verbum Aquila, Symmachus, Theodotion ac Septuaginta. *Dementia*, inquietum, imprudentem et *אָמֵץ*, id est in deceptione vel in errore, quia sollicit error eorum decipit eos, ducitque in extitum et tartarum. Et sic in re idem dolus et deceptio, quod error, ut verit Noster. Ita auctor *Catene Graecorum* : « Sapientia prudentis vias illorum intelligit; stultorum autem amentia in errorem inducit : Quia prudentes, inquit, omnes actiones suas prudenter instituant; amentes autem ne tum quidem, dum errant, errorem suum agnoscunt, sed in obscures ignoracionis et inscias tenebris nunquam non versantur. » Potest secundum, dolus hie proprio ac p. Unde Vatablus, repetens et intelligere, sic vertit, *sapientia cauti est intelligere viam suam*; *stultitia autem stultorum est intelligere dolum*, hoc est, stulti nihil aliud cogitant quam quomodo aliis imponevere possint. Sicutque pulchra est antithesis, q. d. Sapientia vere prudens et cauti est non cognoscere fraudes et dolos, quibus opes vel honores comparent, aut proximum suum callide opponunt, sed cognoscere viam suam, quid scilicet sibi agendum sit et qua eundum, ut ad coenam vitamque beatam perveniant. Ex adverso sapientia stultorum est machinari dolos et fraudes, quibus se dient et magnificant; putant enim se sapientes et callidos, cum ex per dolos perdingere valent : at hec eorum sapientia summa est insipientia et imprudentia, quia negligunt servari et cognoscere vias suas, quibus scilicet ad felicitatem tendant, ac tolli sunt ut scrutentur vias alienas, id est actiones proximorum, ut eas per dolos et fraudes evertant; qua ratione non tam proximos quam se ipsos evertunt, ac in ruinam et gehennam precipitant. Quo stultus? nam, ut ait Psalter, *Psal. vii* : *Stultus et impensis lacum aperuit, et effudit eum, et incidit in foveam quam fecit*; dolis enim in caput Colosii, fraudes in caput fraudulentem recidunt et evoluntur.

Alludit ad prudentiam serpentis, qui hebreus vocatur *בְּרִיא arum*, id est caudus, Genes. iii, 1, de quo Christus : « Este prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. » Inter cetera autem prudentiae serpentis argumenta unum est, ut Salazar, quod, cum pedibus careat, ideoque reparte debeat, fugit praecepta, et fere per plana et aquabilia vias suas dirigit, teste Plinio, lib. VI,

cap. xv; in planis vero tam velociter fertur, ut levissimorum equorum cursum adequet, q. d. Salomon : Imitare, o homo, calliditatem serpentis; sicut enim hic diligit vias planas et sibi convenientes, sic et tu diligere vias, id est actiones, studia et occupationes naturae et ingenio tuo commodes : hec enim homini planae, immo proclives sunt, reliquie difficiles et acclives. Unde

*Tertio*, et magis proprie : « Sapientia callidi est intelligere viam suam, » id est sibi convenientem et congruam, q. d. Sapientia intelligit quae via, id est quis status, quis gradus, quod officium, quae occupatio, quod studium, quae artes, quae actio sit sua, id est sibi convenientes, quae scilicet sunt complexioni, indoli, propensioni, viribus, talentis congruat. Et in eo consistit ejus sapientia. « At imprudentia stultorum est deceptio, dolus et error, » quia non cogitant quid sibi sueque indoli, neque ac saluti convenient; sed id amplectuntur quo eos rapit ambitio, levitas, avaritia aut libido; quo fit ut in graves difficultates presentes et aeternas incidant, ex quibus se expedire nequeunt : quia magna est imprudentia. Sic quotidianus plerosque errare in statu vita diligendo, in officiis amplectendis, ex eo quod non considerant an si status vel officium sit sibi congruum et salutiferum; sed an sit opulentum, splendidum, honorificum, v. g. offertur pastoratus, abbatis, episcopatus pinguis et splendidus, illico arripit, ne prius discutitur an ei aripiens nature, gracie, viribus, humeris sit consonus; quo fit ut multi oneri sint impares, nec tantum se, sed et subditos, quorum curam acceptant, in perditione precipitant. An non hoc est imprudentia, eaque summa, utpote in re gravissima? talis enim est status aeternus, que est ultimus finis, summumque hominis bonum. Quod enim magis prepostorum, quam media fini, puta episcopatum salutis, anteponere, ac deinde finem ad medium a se praelecta, puta salutem ad episcopatum, accommodare, immo cogere velle? « O curas hominum! o quantum est in rebus inane, » immo insipienti, stultum et perniciose! Alius amplectitur matrem, quia offertur spouse ducas, pulchra nobilitas; nee considerat an ejus mores moribus suis congruant, quo fit ut postea mores ejus moribus suis dissimiles, immo aduersos comprehendens, in perpetuo vivat afflictio, litigii, meroibus. Alius se applicat studio, ut prebendam vel dignitatem consequatur, cum sit hebeti ingenio et natu ad mechanica: hic perdit tempus, perdit indolem, perdit talentum sibi a Deo datum, et aliud sibi non datum vi invadere satagit, et ita ceteris. Hinc animas perdillio, et salutis naufragium. Quam multi in seculo damnantur, qui in stata ecclesiastico, vel religioso salvarentur, et vice versa. Igud docet Salomon in eo veram sapientiam consistere, ut quisque sapienter secundum Deum ex recte rationis iudicio, sepositis privatis affectibus, ac mundi carnisque illecebris dijudi-

cet quae via, id est quae occupatio, quis status, quod officium, quae actio, sibi, id est sue indoli et inclinationi, ac suis tam nature quam gratia viribus proportionata sit, commensurata et congrua, ut recte et honeste vivat, itaque ad aeternam felicitatem, ad quam a Deo creatus est, et ad quam haec vita non nisi via, peregrinatio et cursus est, perueniat; qui secus fixit *hunc* imprudentem esse, nec tam alios quam seipsum ludere et decipere.

Radix hujus disparitatis est, quod sapiens ex dictamine sapientie omnia examinet, et libertate secundum rationes divinas et aeternas; insipienti vero secundum rationes humanas, temporales et caducas, quas divinis et aeternis anteponit, que summa est insipientia. Notat hoc nosfer B. Aloysius Gonzaga, qui proinde pingitur cum bilance, in cuius una lance appendit rationes temporales, in altera aeternas, que longe prioribus preponderantes ipsum incitant, ut omnia sua agat et mensuratur juxta dictamen rationum divinarum et caducarum. Hoc est quod ait sapiens :

Quidquid agas, prudenter agas, et respice finem.

Et S. Bernardus, serm. 20 inter parvos : Attende, homo, unde venis, et erubesce ubi es, et ingemisce quo vadis, et contremisce. » Et Psalter : « Cogitavi dies antiquos, inquit, et annos aeternos in mente habui. » Si sapiis ergo, in singulis actionibus hoc eligi, hoc age, quod in hora mortis, quod in die iudicii, quod per omnem eternitatem vobis te elegisse, te egisse : « Semel dictum, cogitatum, factum, aeternum est : vive, stude, labora, aeternitatem. » Hec est sapientia Sanctorum.

9. *STULTUS ILLUDENS PECCATUM ; ET INTER JUSTOS MORABITUR GRATIA.* — Pro stultus Complutenses et codex Montis Amiatii ac Longobardus legit *stultis* in dativo plurali, et sic verti potest ex Hebreo. Pro *stultet*, hebreus est *תְּלִיתָס*, quod variis verbuntur : primo, illudere; secundo, cavillari, hoc est, factum vel dictum aliquem in malam partem interpretari; tertio, palliare sive excusare; quarto, loqui, presertim sophistice; quinto, intercedere. Unde primo, Chaldeus vertit, *stultis comparationes ponunt in peccato*; et *inter rectos ex beneplacitu*, q. d. Stulti sceleris sua imminunt comparando ea cum sceleribus, ac sibi blandiuntur, quod prae illis boni et honesti videantur; secundo, Pagninus, *stultus loquuntur verba delicti*; et *inter rectos erunt verba dilectionis*, id est, ut Vatablus, si stultus quid malefacerit, id palam eloquitur; et *inter rectos semper fit mentis charitatis*; tertio, Tigurina, *stulti excusant delictum*, sed *inter rectos est beneplacitum vel benevolentia*; quartu, R. Emmanuel, *quilibet ex stultis palliabit delictum*, et *inter rectos voluntas bona*, aut, *stultus interpres*, vel *mediator delicti erit*, et *inter rectos benevolentia*; quinto, Baynus, *stultus loquuntur delictum*, et *inter rectos gratia*, id est, inquit, *stultus loquuntur turpia quae nec nominari debent*; et *justorum*

(1) Ludovicus de Dien, *i.e. regione hominis stulti, et non simaderit*, non deprehendit *labia scientia*, adi statum sic ut eum tibi ex adverso habeas, attendo eum, quantum potes, non cognosces, quidquam scientia a libi ejus proficiat.

sermones gratia et venustate conditi sunt; sexto, R. Salomon verit, pro stultis multa interredit. Cum enim, inquit, in teum et homines peccarint, necesse est ut utriusque pro offensa per multam satisfaciant, sicut Philistei pro delito in arcam Dei commissi solverunt quinque annos aureos, il Reg. vi, 5; septimo, R. Levi verit, peccatum logum faciet stultos. Cum enim, inquit, per peccatum se finem quem optabat, non consecutus, impotens et acrumnae incurrit viderint, loquenter et conquerentur de misera et infelici sua sorte; octavo, Aben-Ezra: יְהוָה יְהוּדָה, inquit, est interpretari mentalium, eisque se accommodare; רַבְעַת melitus enim est interpret, q. d. Stultus, id est impius, loquitor ad mentem eorum, quibuscum peccatum perpetrare satagit, iuxta illud Isaiae n, 9: « Peccatum suum quasi Sodoma predicaverunt, nos abscondunt. »

Verum Noster optima et maxime propria יְהוָה verit, illudet, et Symmachus, irridet, quod multa complectitur: primo, q. d. Stultus cum risu et joco quasi ludens perpetratur peccatum, perinde ac si cum peccato ludere, illige iudicet, iuxta id quod dixit cap. x: « Quasi per risum stultus operatur scelus. » Et cap. ii: « Loquantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis. » Ubi plura hac de re dixi. Rursum cum de peccato arguitur stultus, id est impius, illudet, id est tergiversando, excusando, ridendo eludit argumentum, ejusque correctionem; at vicissim stultus illudetur a peccato, unde Complutenses et codices jam citati ac Dionysius Carthitanus legunt, stultus illudet peccatum, sicut esca in hamo decipit pisces, ait Dionysius. Et Aquila, stultus illudet peccatum, inter justum autem erit gratia, q. d. Voluptat et culpe impiorum illudet pena, quam culpa ex improviso ei sed inducit; sed apud justos erit Dei gratia, que eos prosperabit, et tandem beabit. Stultus ergo qui effreni ruit in sceleris, videtur illudere peccato; at magis illudet ipsi peccatum, peccati que preses diabolus; nam ob peccatum crucibit enim accrime tum in hac vita, tum in gehenna, ubi illum deridet, illudet et subsannabit, quod tam demens fuerit, ut sibi suo jurato ad peccatum tentantem cesseret, imo crediderit, quod tam insensatus fuerit, ut non cogitarit inencia ghemme, sed pro modica voluptate is animam suam tradiderit. At inter justos morabitur gratia, quia honesta agendo gratiam Dei et hominum sibi conciliabunt. Unde Syrus verit, stulti faciunt peccatum et recti beneplacita.

Secondo, stultus illudet peccatum, non suum, sed alienum, id est, deridet peccantes, eorumque peccata per risum et jocum commemorat, aliisque ridenda proponit: sub peccato enim metonymice ipsos peccantes intelligit. Huic sensu valde congruit sequens antithesis: « Et inter justos morabitur gratia, » Hebraice יְהוָה ratson, id est beneplacitum vel benevolentia, q. d. Stultus, cum videt quem peccantem, ejus peccatum pro-

palat, ridet, subsannabit, eumque omnium risibus objicit, quo fit ut eius aliorumque iram et odio in se concitet; at justus, si quem peccantem videt, ejus peccatum benevolie tegit, excusat, et secreto benigna corripit ut emendet; quo circuca inter justos moratur gratia, id est benevolentia, pax, concordia, amicitia, ita Jansenius.

Terterio, peccatum sepe metonymice sumitur pro hostia qua offerunt pro rpiaphone peccati, ut Levit. vi, 17, et cap. v, 6. Sic Christus dicitur pro nobis factum maledictum et peccatum, id est hostia pro peccato et maledicto, et Corinth. v, 21. Rursum יְהוָה ratson, id est gratia, beneplacitum, subinde sumitur pro victima gratiosa voluntarie oblatia, ut Isaiae lx, 7: « Offerent super placib[us] altari meo, » Hebraice, super altare ad gratiam, id est tanquam gratiosa et voluntaria victimarum, non absconduntur. »

Sensus ergo est, q. d. Impius admissus peccato, si monentur offerre hostiam lege Levitiae cap. iv, pro peccati expiatione prescriptum, nolet illam praestare, sed illudet, id est eludet vel deridebit momentem. At inter justos morabitur gratia, id quo se peccato illuditos conservent, ut hostia pro peccato non egeant; quare si quam offerunt, non pro peccato, sed ad gratiam, id est tanquam gratiosum et spontaneam Deo sicutum. Hoc facit versus Septuaginta, dominus iniquorum debet mutationem, dominus autem justorum acceptabiles, q. d. Iniqui nolent solvere hostiam pro peccato debitam, sed in hoc debito permanebunt quasi illudentes, et irridentes tam peccatum quam hostiam pro peccato; at vero justi sunt acceptabiles, id est, Deo grati ac accepti, unde non indigent hostiam pro peccato; sed si cum offerant, non pro peccato, sed spontaneam ad Dei gratiam magis sibi conciliandam offerunt. Ista Salazar. Unde Syrus more sue accetans Septuaginta verit, dominus iniquorum querunt recte mandatum, et domus justorum eam recipiunt. Hic sensus obscurior et profundior est, secundus vero clarior et plainer (1).

10. COR QUOD NOVIT AMARITUDINEM ANIME SUÆ, IN GAUDIO EIUS NON MISCEBITUR EXTRANEUS.—Syrus, cor cognoscens, vel intelligens, mestitia est anima sue; Arabicus, cor viri sensitivum (quod facile tangitur et sentit), anima ejus tristis est; et in gaudio ejus non miscetur magnificens. Primo, Jansenius et Baynus sic exponunt, q. d. Cor, quod angit et conscientiam est sibi secreti merores, non capietur facile solatius, que extrinsseus adhucatur. Verus enim dolor, qui cor penetrat et percutit, non facile tollitur biandimentis externis. Atque hoc est, quod dicitur: « Extraneus, vel extaneum quid, » non miscetur in gaudio ejus, quia scilicet non adfert et gaudium, ne-

(1) Maurer, stulti rident eupham, eam pro joco et ludibrio habent, detectantur pravis facinoribus, sed inter rectos gratia Dei est, probi vero Dei gratia gauden-

temperabit gaudio cordis merores; nullus enim exterius dilectionis affectus poterit ei esse in gaudio, id est, ad gaudium, ut scilicet gaudio sedet, coque velut solatio tristitiam temperet. Id experientur peccati gravioris sibi conscientia. Unde Symmachus verit, et in gaudio ejus non miscetur extraneus, scilicet delicias et gaudii. Nam ut ait S. Augustinus, *Contra litteras Petitionarii*, lib. III: « Si conscientiam mordet veritas criminis, quid minore prodest, si me continuo laudibus mundus extollat? hoc enim mere exterius est, q. d. Cor, id est mentis et conscientia, quae sola perfecte conscientia est sua amaritudinis et tristitiae, huc pariter sola perfecte gaudii sui erit conscientia et compos, cum et tristitia emergent in gaudium: siue qui e periculo et angore naufragii evasit et emeravit ad litus, hic solus ut suos angores in naufragio sonat, ita solus evasionis et liberations sua gaudium gaudie pondus sensit, estimat et gustat. Sic Jacob lugens Joseph quasi mortuum, cum auditum eum superesse ac vivere, et revixit spiritus ejus, et ait: Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit; vadam, et video illum antequaque moriar, » Genes. xlv, 28. Sic nonnulla matres putantes filios in bello occubuisse, ideoque lugentes, cum illi ex insperato apparuerent, vivoque se matribus sistenter, praesubito nimioque gaudio resoluta spiritibus vitalibus animam exhalarunt. Sic Hebrei afflicti a Pharaone in Egypto amare lugebant; at liberali a Mose mire gavisi sunt, ne eorum gaudis se miscuit Egyptus, aut quis exterius.

Posterior, quam ipse prior prefert, ut non novit sumatur pro am, q. d. « Cor quod novit amaritudinem anima sue, » id est cor nimirum, quod eo doloris et angoris pervenit, ut suam ipsius amaritudinem et acerbitudinem admetat, et tristitia illi volupat sit, in gaudi ejus non miscetur extraneus, » q. d. Papæ, aut apage! Profecto in pariem et societatem talis gaudi et volupatis nemo vocari volet. Itaque proverbium illos incusat, qui latentes habent laxantes devenit, ut huic jam liberant incubantur, utque suos mores et dolores admetant, et desoleantur. His succenset Seneca in lib. De Consolatione ad Marinum: « Quemadmodum omnia vita penitus insidunt, nisi dum surgunt, oppressa sint: ita etiam haec tristitia, et misera, et in se saevientia, ipsa nonnissime acerbitate pascuntur; et fit infelici animi prava voluptas, dolor. »

Verum haec expositiones ingeniosæ quidem sunt, at planam Salomonis sententiam obscurant vel intricant. Igitur Hebrei habent, cor cognoscit amaritudinem anima sue, et in gaudi ejus non miscetur alienus, id est, at Vatabulus, mens ipsa cognoscit amaritudinem et letitiam conscientia sue, et non alias; nullus enim satis explicare potest alteri latenter in animo merores, vel gaudi-

(1) Recte. Sollicitudinam, qua confundimur, gaudium quid concipiuntur animo, nemo tam bene novit, quam nos ipsi.

indulgentiam ac remissionem peccatorum defens? Largie igitur mihi indigne famulo tuo, Domine, lacrymas, illuminationem cordis atque fortitudinem, ut fontes lacrymarum jugiter cum ducedine fundens, cor meum illustretur in oratione munda; at magnum illud delictorum meorum chirographum modicis lacrymam delectat, ignis ardens ibi exiguo fletu extinguitur. » Et serm. 4, loquens de Pavide: « Una, ait, nocte peceavit, et per singulas noctes flevit ac vigilavit, lectum rigavit, et vulnus elutum, lacrymarumque virtute effectus est beatus. » Et mox: « O lacrymarum virtutem, que ab inferis ad celos usque reducis desiderantes te! O virtutem lacrymarum, que medicinalis officina est peccatorum! per te peccatores efficiuntur beati; unde et Dominus noster beatos tales predictat, dicens: Beati qui nunc flent; quoniam ridebitis, in futurum scilicet. Non quidem dixit beatos illos, qui deflent mortuum, aut dampnum domus, aut necessitatem, aut quid aliud secundum hujus: Sed beati, inquit, illi qui lugent de peccatis suis. Nunc enim ad modicum tempus plorant; illi autem in sempiterna consolabuntur secula. Quantum gaudium est in eolis, similac peccator in terra lacrymas profuderit! »

**Secondo.** quia compunctione procedit ex amore Dei: ideo enim peccantes dolet se offendisse Deum, quia videt quantum bonum sit Deus quem offendit, quamvis sibi et omnibus sit amabilis: amor autem causat gaudium. Unde S. Basilius, homil. 4 *De Gratiarum oblatione*, obijcens sibi: Si gaudium perenne praecipit, o Paule, *Philip. iv, 4*, cur lacrymas interponis? Ad hanc, inquit, dicere possumus Sanctorum lamenta lacrymarum provenire a fervore charitatis; oculis enim cordis in eum coniectis quem diligit, lexitim sibi illinc accumulantur. » Et paulo post: « Apostolus, inquit, ut cum flentibus fleamus permitit, quod hujusmodi lacrymae sint seminum quoddam ac fenus, quibus eternum illud gaudium increscit quotidie et cumulatur. » Haec lacrymae spiritualem latitudinem non impediunt, sed accommodant, et tanquam oleum ignem nutrunt et accendunt.

**Tertio,** quia prout sensus cupit et gaudet compungit, ipsaque compunctione et lacrymis quasi epulis delicatissimis pascat. Unde et cor quod novit, exponas, cor quod amat amaritudinem, id est compunctionem, anima sua. Sic dicit Christus reprobus: « Nunquam novi vos, » id est non amo vos, odi vos, *Matth. vii, 23*. Quocres B. Antiochus, hom. 107 *De Compunctione*: « Rovulentæ, inquit, aspergines lacrymarum, ut dulcor mellis suu cordi, aut suave fragrans thymiana apud Deum. Recte D. Petrus Cellensis, lib. *De Panibus*, cap. xii: « Panis, inquit, lugentum abundantia est lacrymarum. Sicut enim panis esurientem, sic lacryma reficit animam dolentem: deficit esurientes sine pane, lacryma languet anima sine lacrymarum effusione, panis mitigat fames, lacryma

lenit dolorem. Uterius progressus D. Ephrem, tom. I, orat. *De extremo iudicio et compunctione*: « Certe, inquit, scitote, fratres, non fore in terra quid dulcissima gratia lacrymarum; si quis vestrum expertus lacrymarum dulcedinem mediante oratione desideraverit elevari e terris, totus hic extra corpus in colum fertur. Et quid dico extra corpus? immo extra seculum universum totus est, nec amplius conversatio ejus inventitur in terra. » Hoc compunctionis gaudium gustabat Psaltes dicens: « Gibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in lacrymis in mensura, » *Psalm. lxvi, 6*. Sic S. Magdalena pascatur sui lacrymis, quibus rigabit pedes Christi, magis quam Simon suis epulis. Unde secessit in Balamum, ibique trigesita annos sola soli Christo vacavit in compunctione et lacrymis suavissimis: quare quotidie in colum subiecta, meruit Angelorum concentum audire, eoque velut cibo tam corpore quam mente passi.

**Quarto,** quia compunctione certam affert spem beatitudinis, coelestisque gaudii est quasi arrha et pregestus. Unde bene senior Macarius, hom. 15: « Habet, inquit, Christiani consolationem spiritus lacrymas, luctum et planctum; suntque illis et lacrymae deliciarum loco. » Imo D. Chrysostomus, hom. 24 *in epist. ad Ephe.*: « Nulla, inquit, res est aquae jucunda abjecta lucis qui est ex Deo. » Hanc lacrymarum suavitatem exprimit S. Augustinus in *Psalm. cxvii*: « Si spes, inquit, tam dulcis est, quanto re dulcor erit? » Et nonnulli interjectos: « Dulciores sunt lacrymae orationis quam gaudia theatrorum. » Hoc est quod Christus promittit, *Matth. v, 5*: « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolidabuntur. » Ubi D. Chrysostomus, hom. 15: « Ubi vero, inquit, die mibi, consolidabuntur? et hic profecto, et quod est amplius, in futuro. Itaque si vis consolari, luge. Neque pules enigma esse quod dixi. Quando enim consolatur Deus, etiam illis mororum irruant, cunctis superior existit. »

**Quinto,** quia compunctione recreat Deum, Angelos et Sanctos universos; quidni ergo gaudet penitentes, quod per eam Deum et Angelos oblectet? Audi Christum: « Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agentem, quam super nonaginta novem justis, » *Luke xv, 7*. Quo aludens D. Bernardus, serm. 68 in *Cant.*: « Gaudent, inquit, Angeli ad penitentiam peccatoris. Quod si delicias Angelorum lacrymas meas, quid ipse delicias? » Ergo lacrymae peccatorum vinum sunt Angelorum. Et Psaltes, *Psalm. lv, 9*: « Posuisti, inquit, lacrymas meas in conspectu tuo; » ubi Symmachus verit, posuisti lacrymas meas intra te. Lacryma ergo sunt gemme plusquam crystallinae, quas Deus ita caras habet, ut eas in situ suo recendat. Quocres B. Antiochus, hom. 107 *De Compunctione*: « Rovulentæ, inquit, mira consolationibus mulcet, juxta illud: « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolaciones tue latifides

verunt animam meam, » *Psalm. xciii, vers. 19*.

Porro compunctionis materia et causa sunt **primo**, peccata propria; **secundo**, aliena: qui enim relat honorem Dei et salutem animalium, mare compungit et cruciat, quoties videt vel audiit aliorum peccata, quibus divina bonitas et maiestas offenditur. Ita Psaltes: « Vidi, inquit, pravae facies, et tabescere, quia eloqua tua non custodierunt, » *Psalm. cxviii, 158*. Et: « Oppraria exprobratione tibi cediderunt super me. »

**Tertio,** seruimus, tentationes et pericula plurima ac maxima huic vita, et quibus vir sanctus eripi et alias eriperi cupit; unde compunctionis ingemiscit cum S. Paulo: « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huic? »

**Quarto,** desiderium celesti patrie, ex quo suspirans dicit: « Copio dissolvi, et esse cum Christo. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupisces et deficitanima mea in atria Domini. »

**Quinto,** desiderium Oei; anima enim sanata insatibiliter desiderat stitum Deum, puta ardenter desiderat intimessem illum amare, illigere placere, rursum illum videre, eoque frui; quoniam dum videt se hoc corpore degravari, nec tantum Deum suum amare, semperque illum in membra presentem habere, sicut vellet, compungit et ingemiscit. Ita Psaltes, *Psalm. xi, 4*: « Fuerunt, inquit, mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus? Hec recordatus sum, et effudi in me animam meam: quoniam transibit in locum tabernaculi admirabilis, usque ad dominum Dei. » Et sponsa sponsi desiderio compuncta: « Quesivi, inquit, quem diligit anima mea; quesivi illum, et non inventi. Surgam, et circuibo civitatem per vias et plateas, queram quem diligit anima mea. » Ita, ut habetur in *Vitis Patrum*, lib. V, libello 3 *De compunctione*, S. Arsenius toto tempore vite sua lacrymabatur, ideoque sudarium gestabat in sinu, ut continuas has lacrymas abstergeret. Abbas Pastor: « Monachus, inquit, debet semper habere luctum in semetipso. » S. Synelitus: « Labor, inquit, est et magnum certamen impiorum, qui converuntur ad Deum, et postea inenarrabile gaudium. Etenim scriptum est quia Deus noster igitur sumus est: ita oportet et nos dividimus hunc igitur cum lacrymis et laboribus in nobis ascendere. » Abbas Hyperichius: « Nocte et die, sit, labor monachus vigilans, in orationibus permanens; pungens autem cor suum producit lacrymas, et celerius provocat Dei misericordiam. » Alius ibidem: « Si impropter, aut, matris mee sustinere non potui, quonodo Christi et sanctorum Angelorum ejus adversum me confusione potero in die iudicii sustinere? » Alius videns quendam ridentem: « Coram celi et terra domino, sit, rationem totius vite nostrae reddituri sumus, et turides? » Alius: « Sic umbras corporum nostrorum ubique nobiscum circumferimus, sic debemus fletum et compunctionem

habere nobiscum, ubiqueum. »

Alius:

« Flere debemus semper ac dicere: Vnde mini, vos mihi! » Alius: « Lacryme sunt siou terra reprobationis, ad quas si perveneris, jam non timebis bellum. Ita enim vult Deus affligi animam, ut semper desideret ingredi in terram illam. » Plura eaque mira vide apud Climachum, gradu 3 *De accurate penitentia*, et S. Chrysostomus libris duobus quos scripsit *De Compunctione cordis*. Vide et Thomam nostrum Theodidacum *De Init. Christi*, lib. 1, cap. xvi et seq., ubi hoc axioma sancit: « Ut te ad coram compunctionem, et invenies devotionem. » Devotionis enim devotique gaudii mater est compunctione. Quecirea ad eam acriter adhortatur omnes S. Chrysostomus, hom. 65 *ac Popul.*, causamque adit, quod ipsa parat sincerum cordis letitiam, cum mundi gaudia pariant tristitiam, in eamque desinat.

Anagogice Beda, Lyranus, Dionysius et alii hec accipiunt de gudio celesti, q. d. Penitentes et patientes, qui in hac vita dura patiuntur et amare lugent, hi per luctum pervenient ad gaudia celestia, quibus non se miscet extraneus, puta impudentis, impatients ideoque reprobatus. Hauserunt hoc ex S. Gregorio, qui lib. VI *Moral.* cap. x: « Cor, ait, quod novit amaritudinem animae sue, etc. Humana enim mens animae sue amaritudinem scit, cum alterna patria desiderio accessu peregrinatione sue peccata fieri cognoscit. Sed in eis gaudio extraneus non miscetur, quia qui nunc a merore cordis alienus est, tunc participes ad letitiam consolationis non est, que verba illius etiam repetit. Hoc est quod Apostolus ait Christus: « Amen, amen dico vobis, quia plorabit et debilitas vos, mundus autem gaudebit; vos vero contristabitini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. » Causam et magnitudinem hujus gaudii explicat, dum subiicit: « Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollerat a vobis. »

Imo sic explicant et Rabbini, qui uti et autores iam citati hunc sensum afferunt quasi litteralem. R. Salomon: « Justus, ait, labores et doloris sui conscientia est, quem ab legis studiis exanimavit. Quamobrem quando in futuro aeo premia reperiatur, gaudio ejus non miscetur extraneus. » Aben-Ezra: « Consentaneum est, ait, ut mens corporis suum morere ac molestia afficeret, jejunis castigare, et ab hujus secundi deliciae retrahere studia; gaudio autem quo perfundetur, non miscetur extraneus, hoc est, imbecillitas et labor volupた. ejus non miscetur, voluptas autem hoc pertinet ad futurum seculum, quam nullus dolor perturbabit: vel intelligitur salutis voluptas, juxta illud: Letatus sum in salutari tuo. » Hoc ille.

Porro Septuaginta vertunt, cor viri sensitum, tristis est anima quis; quando autem tota habebit, non miscetur confusio; et ex illo Syrus, cor intelligentia omni tempore mortuum siluet mestum est; quod